

δικογραφίαν καὶ τὰς ἐπ' αὐτῆς κρίσεις, ἀποφασίσωσι συμφώνως πρὸς τὸ δίκαιον, χωρὶς νὰ λάβωσιν ὑπ' ὄψει τὰς ἐντολὰς τῶν ἢ ἄλλας ἐγγραφὰς τῶν καταστίχων τῶν τιμαρίων. 1341, Μαρτίου 1.

Fo 61^{to} N. 597. Millesimo trecentesimo XLI, die 1 Marcij none indictionis.

Capta. Cum ser Julianus Geno de Candida exposuerit nostro dominio, quod pro quadam sententia quam continuerat contra ser Phylippum Gisi quondam de Candida de yperperis mille, nobilis uir Johannes Sanuto tunc ducha fecit stridari
 5 bona ipsius debitoris et completo termino stride dictus Julianus Geno ostendat quinque seruentarias possessas per dictum ser Phylippum Gisi XXVI annis, rogans ipsum ducham ut eas uenderet pro solucione sentencie memorate, quas tamen non fecit uendi cum aligatum fuisset a parte aduersa, quod dicte seruentarie fuerant eidem Phylippo date in repromissa ab uxore sua tunc defuncta, que caue-
 10 rat in suo testamento quod sua repromissa distribueretur pro anima sua et quia propter obstaculum dicte ordinationis ipsius domine prefato seruentarie remanserunt in manus ipsius Phylippi. Idem Phylippus minus debite fecit eas scribi in catasticho Candide in alias personas. Qui Julianus ut asserit intellexit post modum dictas seruentarias extimatas fuisse, et in ipsis assicuratam fuisse repro-
 15 missam ipsius domine que fuit solum yperperorum MCCCCC et quod si dicte seruentarie uenderentur posset fieri plena satisfactio tam de repromissa ipsius domine, quam de debito sententie supradicte. Et propterea supplicauerit, ut supra dignemur, nostre subuentionis remedio subuenire. Capta fuit pars quod scribatur duche et consiliarijs Crete mittendo eis petitionem cum responsionibus duche
 20 et consiliariorum olim ibidem scriptis a tergo petitione ipsius quod audiant et examinent partes et iura partis utriusque et super eis diffiniant et sententient sicut eis uidebitur esse iustum non obstante puncto aliquo sue commissionis uel scriptura aliqua catastichi.
 24 Non sincere 1—de non 6—omnes alij de parte.

24

Αἴτησις Πλῦτης χήρας Νικολάου Παπαδοπούλου, ἐπονομαζομένου Ρωμανικοῦ, καὶ μετὰ ταῦτα συζύγου Κωνσταντίνου Κατσοπούλου, περὶ διαφορᾶς αὐτῆς καὶ τῆς χήρας τοῦ υἱοῦ της, διὰ τὸ ἡμισυ προικῶς οἰκίας της, μὲ τὴν παράκλησιν ὅπως τῇ ἐπεμβάσει τῆς κυριαρχίας ἀποδοθῇ εἰς αὐτὴν τὸ δίκαιον. 1341, Φεβρουαρίου 26.

Fo 62^r N. 603. Millesimo trecentesimo XL, die 26 Februarij.

Capta. Cum pro parte Pliti relicte Nicole Papadopuli dicti Romanici et nunc uxoris Coste Cazopulo habitatoris Rethimi expositum fuerit nostro dominio, quod tempore regiminis ser Marci Sanuto olim rectoris Rethimi dicta Pliti cum dicto
 5 Costa cui dederat pro repromissa inter alia unam domum suam fuit concors et



per hunc modum, uidelicet quod dicto Coste distincte uendidit medietatem domus predictae quia maritauit filiam suam quam dicta Pliti habuit cum primo uiro suo predicto. Et etiam filij dicte Pliti quorum nomina sunt Gregorius et Hemmanuel fecerunt cartas manu tabellionis greci dicto Coste non mollestando illum occasione dicte uendicionis. Qui Costa postea reuendidit dicto Gregorio illam suam medietatem quam dicta Pliti eidem Coste uendiderat. Nunc uero mortuo dicto Gregorio remansit uxor sua uocata Caracosa eius sola commissaria que intro-

missit totam domum predictam tam partem ipsius Pliti quam partem ipsi Gregorio per dictum Costam uenditam, tuens se per formam noticie in qua continetur totam domum esse scriptam dicto Gregorio quod dicta Pliti ut nomine suo asseritur non curauit facere in uita dicti Gregorij quia non putabat ipsum Gregorium filium suum talliter ipsam decipere et quia etiam ipse Gregorius nunquam mouit questionem dicte Pliti de dicta parte tempore uite sue. Et propterea ipsius nomine supplicatum fuerit quod eidem dignemur de nostre subuentionis aminiculo benigne suffragari. Capta fuit pars ut iura dicte Pliti non pereant ullo modo set potius recuperare ut justum est ualleat quod est suum, cum per rectores Rethimi qui ibidem fuerunt per retroacta tempora asseratur dictum notarium quem dictum instrumentum noticie dicitur confecisse non bene fuisse sufficientem. Quod mandetur et scribatur nostro rectori Rethimi quod non obstante aliquo puncto sue commissionis iura dicte Pliti et partis aduerse audire et examinare debeat dilligenter et in ipsis terminare et diffinire prout eidem uidebitur fore justum.

25

Οἱ Τοῦρκοι ἐν γένει οἱ ὅπωςδὴποτε συλλαμβανόμενοι καὶ ἰδίως οἱ ὑπὸ τῶν πλοίων τοῦ στόλου τῆς Ἑνώσεως κατὰ τῶν Τούρκων δὲν δύνανται νὰ παραμένωσιν ἐν Κρήτῃ, διότι πολλαπλασιαζόμενοι θὰ καθίσταντο ἐπικίνδυνοι, ἀλλὰ θὰ ἀπελαύνωνται τῆς νήσου, παρεχομένης προθεσμίας ἑξ μηνῶν. Εἰς τοὺς παραβάτας ἐπιβάλλονται ποιναί. Οἱ οὕτω ἀπελαυνόμενοι Τοῦρκοι μόνον πρὸς δυσμὰς ἀποστέλλονται. 1341, Μαρτίου 6.

Fo 63^r N^o 610. Millesimo trecentesimo XLI, die VI Marcij.

Capta. Quia est occurrendum rebus dubijs salubri remedio et per armatas que fiunt contra Turchos in nostra insula Crete capiuntur Turchi et conducuntur in insulam antedictam, qui nisi aliter prouideatur possent in tantum multiplicare quod inducerent de facili sinistrum insule memorate. Uadit pars quod de cetero aliqui Turchi conduci non possint ad insulam nostram Crete, nisi illi quos nostri ceperint in armatis predictis et nichilominus Turchi huiusmodi sic capti per dictas armatas et conducti ad insulam antedictam debeant extrahi per illos, quorum erunt, de insula memorata infra menses sex, post quam in ipsam conducti fuerint